donec uideretur sanguis ipsius ut fluuius in terra manare. Cumque cessarent ministri, scs pontianus dixit fabiano: horribilis uultu et abhominabilis quamdiu tuis non erubescis? uides quia non sentio poenas quas mihi intulisti. Credo enim in dno ihu xpo quia ipse te confundit quemadmodum solet confundere patrem tuum diabolum. Tunc iratus fabianus iudex iussit ut super carbones ambularet nudis pedibus, et ei duo indicta (edicta) proposuit dicens: Aut dura instis carbonibus et nudis plantis super eos ambula, aut sacrifica; Scs uero pontianus signum xpi in fronte sibi fecit et coepit super ipsos carbones ardentes nudis pedibus ambulare et dicebat: Ecce ego in nomine dni mei ihu xpi ambulo super carbones ardentes; mitte et tu si potes in nomine iouis tui manum in calidam et liberet te iouis (iuppiter) tuus. Tunc fabianus iudex iratus iussit aculeum sibi parari et uncinos ferreos fieri et ibi eum suspendi. His autem factis ministri defecerunt et exclamauerunt dicentes: Ue nobis quia nos magis torquemur quam hic detestabilis; manus nostrae iam defecerunt et uncini fracti sunt; nihil facere possumus. Tunc impius fabianus iussit eum in ima carceris claudi. Et uenerunt ad eum omnes religiosi et confortabant eum ut in agone martyrii constanter certaret. Audiens hoc impius fabianus iussit eum de carcere tolli et in amphitheatrum induci et praecepit ut duo leones ad eum ducerentur qui erant diri ut ossa eius comminuerent. Cumque rixarentur bestiae, scs pontianus orauit dicens: Dne ihu xpe salua me de ore leonum ut enarrem nomen tuum fratribus meis. Dum complesset orationem uenerunt ad eum ipsi leones rugientes et cum uidissent illum ita sunt mansueti effecti ut inclinantes capita sua adorarent beatum pontianum. Quod cum uidisset omnis populus exclamauit uoce magna dicens: Uere magnus est ds xpianorum.

dimittatur scs dei. Tunc uidens fabianus seditionem in populo fieri iussit eum iterum in carcerem retrudi et ibi eum per duodecim dies relinqui donec fame periret et pectus (spiritum) eius exalaret. Cumque reclausus esset in carcere, ecce circa mediam noctem angelus dni apparuit ei in imo carceris cum cibo caelesti et confortauit eum dicens: Forti animo esto. Post duodecim dies uenerunt ministri ut tollerent corpus eius; estimabant (existimantes) eum mortuum esse prae nimietate famis. Et inuenerunt illum psallentem atque dicentem: In dno confido, non timebo quid faciat mihi homo. Renuntiauerunt quia nihil mali sentiit (ferit). Tunc fabianus praeses praecepit ut educeretur de carcere et iussit liquefieri plumbum et perfundi in dorsum eius. Et dum (hec) audissent ministri, attulerunt eneum caccabum et fecerunt eum cum plumbo feruere et nuntiauerunt praesidi: Parata est poena. Audiens hoc praeses dixit: Extendite eum in lectum ferreum et perfundite (plumbum) super eum, ut forte exterritus sacrificat diis. Tunc ministri tollentes caccabum eneum perfuderunt dorsum sci pontiani; et sicut enatat aqua in marmore, sic et plumbum de dorso enatauit. Et dixit ad praesidem: Ecce ds meus de omni supplicio tuo me eruit, et non erubescis? Fabianus iudex dixit: Audi me pontiane et sacrifica diis et salua animam tuam. Scs pontianus dixit: Obmutesce infelix et noli auribus meis hanc iniuriam facere, quoniam dii tui demonia sunt, muti et surdi, qui te non possunt adiuuare. Audiens hoc fabianus iudex iratus est ualde et dixit: Contemptor deorum pontianus qui diis sacrificare noluit spiculatori tradatur et caput eius ab eo abscidatur. Quo dicto duxerunt eum, et ibi genua figens scam orationem fudit ad dnm dicens: Gratias tibi omnipotens ds qui me ad hanc horam perduxisti ut per agonem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0145